Nobiliss. et Clariss. V.
CONSTANTINO HUGENIO
Diodorus Tuldenus
S. D.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Pulcherrimo seculum exemplo nuper docuisti, immunia à Martis violentiâ ac furore esse debere sacra Musarum, quae cultu Prudentiae et Iuris ad humanitatem mitigant animos. Quid enim aliud testatur fasciculus ille litte=rarum (quibus PUTEANI inscriptio Lovanina-batur ad opinionem eruditioris commercij) per te vindicatus ex militum praedâ, et non innoxius tantum, sed benignè remissus? Meruisti rectè, ut quicquid hac tempestate Belgium continet Eruditionis, conspiret in laudes huma=nitatis tuae. Ego sane pertinere ad me quoque puto benignitatem eiusmodi exempli: qui si non doctrinâ, Professione saltem publicâ cultor Iurisprudentiae, et privato cultu adfinium Scientiarum. Volo igitur, cultum Tibi meum ut testificarer, simulque gratum, proximè à me editum, Librum is, per ingenij mei tenuitatem offero: quamvis ut à tanto viro non sine novo exemplo can=doris [illegible] possit probari. Sed qui materiam exercendi candoris, qualemcunque am=plectere librum, et auctorem servum tuum. Vale.

Hug. 37.

Lovan. 12. Febr. 1631.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/573

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/573

Tuldenus.

Nobiliss. et Clariss. viro,

Dom. CONSTANTINO
HUGENIO À ZUYLICHEM
Equiti, et
Principi Auriaco a Consilijs
et secretis etc.

Hagam-Comitis.

mel ra
Parkhey. 24. Feb. 31.

C.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/573